

secure, solvi semper fiscalia manceps,  
 in cunctis simplex contractibus, omnibus aequus  
 ut potui, nec non subveni saepe petenti,  
 semper honorificus, semper communis amicis.  
 10 Maior ad[huc] hic<sup>3</sup> laudis honor, potior quoque cunctis,  
 ipse meis quod constitui tutamina membris  
 talia qu[e]<sup>4</sup> feci non tam mihi providus uni,  
 heredum quoque cura fuit. Tenet omnia secum,  
 re propria quicumque iacet. Me fama loquetur:  
 15 exemplum laudis vixi dum vita manebat,  
 sollicitus multis requiem feci quoque multis.

## L. Nerusius Mithres.

*Magliani in Sabinis*—(IX 4796 cf. p. 686 fortasse semel tantum descripta saec. XV). *Buecheler carm. epigr. n. 457.* — 1) Cf. supra N. 3696 v. 12. — 2) Sic traditur (fecit codices nonnulli); intellege: egi (Bue.). — 3) adhuc, 4) talia qui traditur (correxerit Buecheler).

7543 Tychici | sutoris | a spem ve|tere<sup>1</sup>.

*In vasculo fictili, Romae rep. in sepulcro Statiliorum, scariphatum (XV 5929 vidit Dressel).* — 1) *De hoc loco urbis Romae cf. Frontin de aq. c. 19 seq.; Becker Top. p. 550.* — Collegium sutorum II 2918. *De arte sutoria etiam supra N. 6891 v. 52 seq.* — *Sutricum tituli ficticii sunt: VI 5, 2127\*. 2544\*.*

7544 d. (pedes humani duo, alter nudus, alter caliga indutus) m. | (protome virilis) | C. Iulius Helius sutor a | porta Fontinale, fecit sibi et | Iuliae Flaccillae fil. et C. Iulio | Onesimo liberto libertabusque | posterisque eorum; v. f.

*Romae trans Tiberim, extra portam Angelicam rep., nunc in museo Conservatorum (VI 33914; imaginem Gatti Bull. comunale di Roma 1887 tab. III cf. p. 53).*

7545 C. Atilius C. f. | Iustus | sutor caligarius | sibi et | Corneliae Exorat. | uxori t. p. i. (sutor sedens ad scabellum, in quo sunt instrumenta sutoria).

*Mediolani (V 5919 vidit Mommsen).* — *Adde titulum infra N. 7676.*

7546 Dionysio | Cn. Mamili | Primi | sutori | institori | caligario, | Q. Avidius | Bassus | p.

*Teate Marrucinatorum (Chieti) (IX 5027 vidit Dressel).*

7547 Q. Gavius Q. l. Primus | crepidarius de Subura, | vixit ann. XXV.

*Romae (VI 9284 vidit Bormann).*

7548 M. Livius Aug. l.<sup>1</sup> | Menophilus | calciator. || M. Livius Aug. l.<sup>1</sup> | Menophilus calc. | ollam dat | Liviae Chloe l. suae.

*Romae rep. in monumento libertorum et servorum Liviae (VI 5939 vidit Henzen).* — 1) *Augustae libertus (manumissus a Livia, sed antequam illa Augusta diceretur et in gentem Iuliam transiret, ut ostendit nomen Livii).*